



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XLI. De Dolore Oculorum fugato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

DE SURDA CVRATA.

XL.



ALTERA quædam LEVKARDIS tantam incurrerat surditatem, vt tinnitu aurium crebro nimium læderetur, quæ tumbam viri DEI tertio visitans, plenam adepta est sanitatem.

DE DOLORE OCVLORVM

fugato.

XLI.



LIA quædam mulier tantum dolorem paciebatur in oculis, vt multo tempore clausis eisdem cæca esse crederetur, quæ cum ad auxilium viri Dei deuota venisset, statim in ipso ingressu Ecclesiæ diu clausi sunt aperti. Apertionem autem eorum tanta est lachrymarum effusio subsecuta, vt vestes mulieris vsq; ad pectus adeo madidarentur, vt perfusæ fluuio viderentur. Accessit ad tumbam, Deo gratias agens, eiusq; magnifico Confessori, domum inde rediens, plena post modicum gratulata est ospitate.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus, famulum suum honorans, quæ non scripta in libro hoc, quæ vel quorundam simplicium fratrum humilitas vltro suppressit, vel aliorum incuria obliuioni tradidit negligenter. Hæc autem quæ auribus nostris audiimus, patres nostri annunciauerunt nobis, & seniores fide dignissimi, breui calamo perstringentes, futura quorum Deus sibi noticiam reteruauit adnectenda committimus diligentæ posterorum. Nam fiduciam talem habemus in Domino quod nisi requirentibus famuli sui dilecti suffragia deuotionis & fidei vasa defecerint, sui oleum non deficiet Helisei, ipso præstante qui est benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

EPI.